Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 177

Quelle:
Copyright:

pia. v. 28. *Vnde procul facinus, procul horror et uſus inanis* pro *Qua veteris ritus cruor horridus extat inanis.* v. 29. *Decretum* pro *Secretum.*

Secundi Carminis initium eſt:

Tollimur e medio fatis urgentibus omnes &c.

Trithemius illud, ut Opus ſeparatum, titulo *de Sacramento Altaris* indicavit *n.* 350. Atque ita extat jam in *Vincentii Bellovac. Speculi Hiſtor.* P. III. L. 25. c. 113. Sed *Beaugendreus* Operi *de Myſterio Miſſae* illigavit edit. *cit. col.* 1149. In hac 18. *Diſtichor.* Elegia *Codex* noſter legit v. 13. *Inde fit ut quotiens ſacris accedimus aris* pro *Unde — aſſiſtitur aris.* v. 19. *tibi Chriſte* pro *tibi Summe.* v. 24. *Mentio pro reliquis cauſam agit alterius* pro *Vota precum ut citius detur eis requies.*

Tertium Carmen inſcriptum eſt: *Verſus Magiſtri Marboſii* et incipit:

Ligna voluptatis plantaverat apta beatis &c.

Extat inter Poematia *Marbodi* Ep. *Redonenſis* Patria *Britanni* a. 1123. defuncti, quae ſimul cum *Hildebertinis* edidit memoratus *Beaugendreus*, p. 1573. Differt ab Editis *Codex* noſter v. 4. legens *iniquum* pro *indignum.* v. 5. *mihi te* pro *tibi me.* v. 8. *Ecce die* pro *forte die.* v. 10. *veniens* pro *venit.* Verſus 12. et 13. item 15. et 16. abſunt a *Mſ.* v. 17. *offerat* pro *ingerat.* v. 22. *feſtina carpere* pro *feſtiva mandere.* v. 24. *incitum* (incitatum) *ſic decipit ipſa* pro *inſcitum ſeduxit et ipſa.* v. 25. *O ſcelus* pro *Ob ſcelus.* v. 27. *Exclamant ue ua quiqui naſcuntur ab eua* pro *Et clamat: Væ væ ſucceſſio flebilis Evæ.* Reliquos 4. Verſus, qui in Editis habentur, ſucceſſu temporis adſutos putem.

Quartum Carmen inſcriptum: *Cur deus homo*, incipit:

Ade peccatum que conueniens aboleret &c.

Legitur inter *Hildebertina* edit. *cit. col.* 1332. *Codex* noſter habet v. 6. *quo pacificaret* pro *quod.* v. 7. *cui praeter id ipſum* pro *qui praeter* &c. v. 9. *natura creatrix* pro *redemptrix*, et dein verſum integrum: *Quem redimit recipit (ſit?) et ipſa redempta redemptrix*, quo carent Edita. v. 15. *furor offenſi* pro *offenſus.*

Quinti Carminis in Editis *col.* 1155. inſcriptio: *Cur tres Miſſae celebrentur in Natale Domini.* Initium:

In natale ſacro ſacre ſollemnia miſſe &c.

V. 4. pro *David* Codex legit *templo.*